1530

et certiorem amicorum subferendo Vadiis Ducentorum Florenorum Polonicalium firmat in Omnibus eiusdem Intercisae punctis clausulis articulis et conditionibus appro bant confirmant et ratificant Eaque Omnia in praefata Intercisa exarata quidem qui recognoscentes tam in toto quam in quavis minima parte tenere complere et exequi se de Omnibus bonis cum successoribus suis submittunt et inscribunt sub Vadio simile in intercisa expresso videlicet Ducentorum florenorum Polonicalium in defectu alicuius conditionis per partem aliquam expletionis ad solvendum succumbendo Et coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Leopoliensi in primo Actoris Termino, peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores sibi absolvendo et abrenunciando sub amissione sua summae successionem totius et integrae causae.

Proszenska Reformatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Leopoliensibus personaliter comparens Nobilis Franciscus olim Nobilis Joannis Proszenski filius sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Marinae filiae Nobilis Joannis Proszenski coniugi suae futurae in matrimonium desponsatae # in Medietate Omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in hereditate Proszanka Baranki et alibi ubivis consistentium haereditariorum paternorum Maternorum quaesitorum et obligatoriorum nunc habitorum et in post favente divina clementia habendorum Summam Ducentorum Florenorum Polonicalium veri dotalicii et viginti florenorum Polonicalium advitalicii inscribit reformat et assecurat dotalicioque more aliorum dotaliciorum hoc in Regno Polonie observari solitorum Et hac sua personali recognitione in praemissis mediante. # nomine vero dotis per eam acceptae et in bona sua importatae.

Szrzednica Demissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Leopoliensibus personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Sebastiani Szymber de Szymbory antiqua... sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Alexandro filio Nobilis Joannis Szrzednicky Generosi... Terrae Leopoliensis et quibusvis successoribus Obligationem suam terrae immobilis in hereditate Szrzednica Stasiłkowięta dicto sibi alligno scentis per Nobilem Andrianum olim Joannis Szrzednicky in Ducentorum Sexaginta florenorum Polonicalium Coram Actis praesentibus feria Tertia post festum Sancti Andreae Apostoli in Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Nono inscriptam Cum Omnimoda potestate eius mediante inscriptione sua ac parata introductionis possessione tuitione evictione obligationibus in Originali inscriptione contentis demittit Intromemque alteri Exponunt cum possessione facta per Nobilem et abhinc duos offici acceptandam admittendo.

Niwinsky Strzyski Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Leopoliensibus personaliter comparentes Nobiles Margaretha filia olim Joannis Malinowsky consors Nobilis Andreae Szafyn et Dorothea filia olim eiusdem Joannis Malinowsky consors Nobilis

Bartholomei